



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib. XII

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De Hermanno incluso, cui diabolus pro piscibus obtulit stercora equina,
cap. 87

urn:nbn:de:hbz:466:1-13177

cum se omnia intestina eius simul ejicere putaret, maximum bufonem extraxit; cuius motum cum in manu sensisset & projecisset, vidissetque quid esset, repentino suo clamore omnes aduocauit. Videtes gallinae intestina in bufonem versa, confusi à loco cõuiuij recesserunt, intelligentes opus esse diaboli. Hæc mihi vnus fratrum illorum, qui interfuit & vidit, recitauit. APOLLONIVS: Magis me tentant pisces, quam carnes, quia istis mihi vesci licet, illis non. CAESARIVS: Puto te recordari cum filijs Israël piscium, quos comedebas in Ægypto, id est in seculo. APOLLONIVS: Non possum quandoque non recordari. CAESARIVS: Ad memoriam mihi reuocant pisces isti, magnam quandam nequitiam cuidam incluso à diabolo factam.

CAPVT LXXXVII.

Recalit mihi frater Godeschalcus de Volmunteine, quòd die quadam diabolus fratri Hermannò incluso de Arnisberg, in specie hominis sibi noti, scutellam attulit cum piscibus: ille, eo quòd adhuc manè esset, dixit vt poneret & recederet. Tempore quo erant preparandi, in disco, in quo prius nihil esse videbatur nisi pisces, stercore reperta sunt equina. APOLLONIVS: Puto eundem virum religiosum pisces desiderasse, & pœnam eiusdem peccati, illusionem fuisse diaboli. CAESARIVS: Hoc satis probabile est. Per hoc etiam, quòd filij Israel cum carnibus & piscibus desiderauerunt cepas & allia, recordor cuiusdam periculosa tentationis, in qua quidam pœnitens per allia cecidit.

*Inclusus
per pisces
à diabolo
lētatus.*

Num. 11

CAPVT LXXXVIII.

Dvæ cognationes militum sunt in Episcopatu Colonienfi, tam multitudine, quam diuitijs, & probitate fortes satis atque magnanimes. Ex quibus vna illarum de villa Bacheim originem ducit, altera de villa quæ Gurzenich vocatur. Erât autè inter eas quandoque tam validæ & tam mortales inimicitia, vt tunc temporis à nullo hominum, siue Episcopo ipsorum domino possent sopiri, sed quotidie rapinis, incen-

*Allijs qui
dam tenta-
tati sūt.*